

## 220

1389. Διοικητικά έγγραφα. Βενετία, Χάνδακας [λ].

Μ. Μανούσας, «Ο ποιητής Λεονάρδος Ντελλαπόρτας ως πρεσβευτής τῆς Βενετίας εἰς Τυνησίαν κατ'ἀνέκδοτα βενετικά ἔγγραφα (1389)», *ΕΕΒΣ* 27 (1957), σσ. 345-346, αρ. 1· σσ. 351-356, αρ. 2· σ. 361, αρ. 3.

ΑΠΟΦΑΣΗ ΤΗΣ ΒΕΝΕΤΙΚΗΣ ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ ΓΙΑ ΤΟ ΔΙΟΡΙΣΜΟ ΔΙΚΗΓΟΡΟΥ ΣΤΟΝ ΧΑΝΔΑΚΑ  
Βενετία, 1389, 10 Μαΐου

«*Sapientes Consilij ser Dominicus Bono.*

*Capta*

*Cum prouidus vir Leonardus de la Porta, habitator Candide, fidelis nostri dominij, sicut clare notum est, totis temporibus vite sue, a sua pueritia usque ad presens, et in tempore pacis et guerre, et in terra et in mari et per omnes partes mundi operatus fuerit personam suam in honorem et statum Comunis Veneciarum, sicut satis constat omnibus rectoribus Comunis Veneciarum, et nobilibus et alijs qui fuerunt in insula Crete, et multoliens fuerit in periculo mortis de qua nouit deus, modicum curauit pro faciendo et operando honorem et statum istius benedicti dominij. Et sicut est manifestum, gratie insule Crete sunt stricte, quod non potest alicui fieri gratia de aliquo officio nec beneficio dicte insule, sub pena librarum ducentarum pro quolibet ponente uel consenciente partem in contrarium. Vadit pars, consideratis bonis operibus et optima dispositione dicti Leonardi de la Porta, et pro bono exemplo aliorum per futura tempora, quod pene, stricture et ligamina de non possendo facere gratiam de officio et beneficijs dicte insule revocerunt in tantum, quod dicto Leonardo de la Porta possit fieri gratia, cum consilij ordinatis terre, quod sit aduocatus in Candida ad beneplacitum nostri dominij cum salario et condicionibus solitis de gratia speciali, in quo officio a tempore domini Andree Dandulo, olim Venetiarum ducis, usque ad presens fuerit septem vicibus semper fideliter et legaliter se gerendo. Et si consilium et cet.*

*de parte 71*

*de non 16*

*non siceri 4»<sup>259</sup>.*

## 221

1389. Δικογραφία για μαγεία. Χάνδακας [λ].

Elizabeth Santschi, «Procès criminels en Crète vénitienne (1354–1389)», *Θησαυρίσματα* 7 (1970), σσ. 92-96.

259. σσ. 345-346, αρ. 1.